

V g
1212

I
P
V
In
qu
i

au
& p

fi

Q. 214

Vg
1212

**DVO SCRIP
PTA M. IOACHIMI
VVESTPHALIHAMBVRG.**

In altero firmis rationibus adseritur,
quod obsistentes præsentì mutationi
in doctrina & ritibus Ecclesiasticis
non moueant certamina de re-
bus paruis & non ne-
cessariis,

In altero euidenter ostenditur, quod
authores & suasores legum, de doctrina
& pseudadia: hoc tempore nouandis,
Antichristo, in fraudem Ecclesiæ
Dei, gratificentur.

Matth. 5.

Qui soluerit unum ex mandatis
istis minimis, & sic docuerit homines,
minimus uocabitur in regno
cælorum.

1 5 4 9

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

IUDICIUM D. VRBA- ni Rægii de D. Mart. Luth.

EGo (inquit) forsitan in iudicanda uera doctrina non omnino truncus sic iudico. Neminem esse, qui possit odisse Lutherum, si eum nouerit. Indicant libri spiritum Lutheri, sed si propius inspexeris hominem, si de rebus diuinis ipsum audieris Apostolico spiritu differentem, tum dices, uincit presentia fama. Maior est Lutherus quam ut a quouis scio possit aut debeat iudicari. Vide quam magna Dei gratia sit in homine, cuius certe me non pudet. Dicam quod sentio. Scribimus quidem passim, & tractamus scripturas, absit inuidia uerbo, sed Luthero collati discipuli sumus. Hoc iudicium non ex amore fluit, sed potius amor ex iudicio. Neminem contemno. Malo contemni quam laudari. Sed rursus contemni Lutherum electissimum illud Spiritus sancti organum non patiar. Er bleibt noch Wol ein Theologus für der gantzen Welt, das Weis ich, ich kenne ihn nu bas denn zu uor, ehe ich ihn hab selbs gesehen vnd gehort. Me ue-
hementer cruciat ingens interuallum quo absum a Vuitemberga. Nam Luneburgum xxxiiii. miliaribus distat a Vuitemberga uersus Holsatiam & Daniam, &c.

Exultima concione D. M. L. Vuittenbergæ habita, Anno 1546.

Wollen sie es mit vns halten gut / wollen sie nicht / so lassen sie es. Ich hab von ihne die lere nicht entpfangen / sondern durch Göttliche gnade von Gott.

Et paulo post,

Du magst wol von dir halten / das du für anderen mit sonderlichen gaben begnadet seist / vnd Gott dafür danken / aber nicht zu weit / sondern so weit das sichs mit dem glauben reime. / vnd das es dem glauben ehlich sey.

A=

Arina
e, qui
nt li-
s ho-
spi-
aior
beat
nne,
imus
uer-
non
con-
tem-
num
der
zu
e=

en

llen
die
tho

für
seid
zu
au
lich



AE P E A V

thores presentis mutati-
onis generalem sententi-
am repetunt in consilijs,
disputationibus & scri-
ptis suis, quod de rebus
paruis non sit contenden-
dum, nec tamen usquam explicant, quæ sint res
illæ parvæ, ob quas non deceat rixari & con-
cordiam dissolvere. Conuenit inter omnes sa-
nos, in nugis non agendas esse tragedias. In con-
trouersia autem ceremoniali, quæ nunc agita-
tur, non in quæstionem uenit, an de minutis sit
digladiandum necne, an Adiaphora sint res
parvæ, an necesse sit habere ceremonias aliquas
utiles ad disciplinam & Eutaxiam, neq; animi
dubij hoc doceri petunt, sed illud quæritur, quæ
uerè sint Adiaphora, quæ pro paruis haberi, &
hoc tempore, in hoc rerum statu, sine Dei offen-
sione, & bonorum iniuria, propter concordiam
concedi possint. Hic nodus est intricatus &
perplexus, quem petunt dissolui bonæ mentes,
utinam suasores mutationis moti multorum uo-
tis, querelis & precibus, in tam perplexa dis-
putatione certam sententiam iam multo ante
explicassent, quæ in paruis sint habenda, ac ci-

A 2 tra am

era ambiguitatem ullam absq; periculo admitti
iam possint, nuncq; tandem turbatis rebus, gra-
uibus damnis acceptis, spiritu excitati sancto,
piaq; cura instigati ambigentibus succurrerent,
& aliquid adferrent certi, sed quia irritis uotis
& precibus diu hoc desideratum & expecta-
tum est, ac fortasse frustra in posterum expe-
ctabitur, Aggrediar in nomine Iesu hanc quan-
tumuis molestam & odiosam tractationem,
ostendam, quæ, & quibus rationibus pro paruis
haberi, uel non haberi possint, quæ nunc pro
miscuè censentur parua, & confusa turba inter
Adiaphora numerantur. Vnde patefiet, nostros
opponentes se nouationi, non de rebus paruis
sed magnis pugnare, & tantum inanibus uerbis
illudere, qui hoc nomine suadent mutationem,
quod propter res paruas, nempe, propter ali-
quas Cæremonias non sint deserendæ Ecclesiæ,
nec pericula accersenda.

In aditu Christianum lectorem moneo, ne
res seu paruas, seu magnas, seu leues, seu graues
iudicet ex hominum sensibus & opinionibus,
non ex commodis uel incommodis priuatorum.
Multa homines ex suis adfectibus, utilitatibus,
& damnis priuatis metiuntur, Non uerentur
paruipendere, & tanquam leuissima abijcere
longè grauissima, si uel spes alicuius emolu-
menti

menti adipiscendi, uel metus damni suaserit. Suis dediti cupiditatibus & rebus pro nihilo ducunt omnia sacra, Religio illis fabula est, furta, rapinas, fraudes, proditionem pro ludo habent. Quis uerè negare potest, nostro corruptissimo seculo non magno numero reperiri id genus contemptores, qui in religione nouanda, in excogitandis, adornandis & recipiendis corruptelis doctrinae & cultuum, omnia ex suis commodis & incommodis metiuntur? Horum si corrupta iudicia sequamur, peruersè nos iudicare, ac cum alijs tritam cantilenam canere, necesse erit, quod de paruis & non necessarijs non sit certandum. Parua autem, & non necessaria erunt omnia monstra papistica, quae sub Adiaphoris, uelut sub latissimo pallio Satanae occultantur.

Rectè autem iudicantium est, in consilium adhibere supremum iudicem Deum, ex eius sensu & uerbo iudicare, eius stare iudicio & sententia, nec inde uel latum digitum discedere. Hoc cum fecerimus, nec alij nos falsis suis consilijs & sententijs ludificabuntur, nec nos alios fallemus. Hac necessaria admonitione praemissa, ad institutum accedo.

Quae nunc sub indifferentium nomine nimis late censentur, rectè in duo diuiduntur genera

vera. Alterum res paruas & non necessarias
complectitur, prius genus rursus rectè in duos
distinguitur ordines. Alter est earum rerum,
quæ absolute, seu per se sunt res exiguæ, & non
necessariæ. Alter earum, quæ Relatiue per
comparationem, accedentibus uarijs addita-
mentis & conditionibus, ex paruis magnæ fi-
unt. In primo ordine collocantur res sua natu-
ra minutæ, consideratæ in se, sine comparatione
aliarum rerum, sine ullis circumstantijs loco-
rum, temporum, personarum, &c.

Ex hoc ordine ferè conciliatores adferunt
exempla, cū uersantur in suadendis cæremoni-
arum legibus, qualia sunt de uestitu, cantu, de
barba, cæreis, & huiusmodi alijs.

De his tantum proprie dicitur, & intelligi
debet generalis sententia, quod de rebus paruis
non sit contendendum, Et cum ea sententia pro-
prio modo accipitur, tum constat inter omnes
sanæ mentis, non decere ne politicos quidem ho-
mines in ciuilibus morose & pertinaciter con-
tendere de leuiculis, minimeq; omnium Chri-
stianos decere odiosam de minutis contentio-
nem, præsertim scandalis coniunctam, & har-
moniam publicæ concordie perturbantem.

Nulla hic opus est disputatione aut per-
suasione, de huiusmodi rebus non mouenda cer-
tamina.

tamina, nec distractionem non necessariam faciendam esse, res ipsæ id satis docent & persuadent.

In externis ritibus in papismo usitatis, multas esse res adeo nihili, ut indignum sit, de illis contendere, id ut intelligatur, aut credatur, non requiritur cuiusquam magisterium aut artificiosa persuasio. Ideo reiecti plerique ritus sunt, & profligati in ordinandis Ecclesijs, quia res sunt nimis futiles & inanes, indignæ Ecclesia Dei, quæ fontes suos non habent ex diuino uerbo.

Vt optimo iure nugæ abiectæ sunt, ita iustissimis de causis pro abiectis habentur & a reatu excluduntur, Nihil conferunt ad ædificationem, ad disciplinam, ordinem, pietatem, ideo merito appellantur friuola, nec in Ecclesia locum habere debent, cum secundum Apostoli doctrinam omnia in coetu sanctorum fieri debeant ad ædificationem. De rebus secundi ordinis in primo genere loquuntur, qui obsistunt nouationi, & negant se litigare de rebus friuolis, id quod pulchre dissimulant magistri ceremoniarum, declamantes de contentionibus, & non necessarijs separationibus uitandis. Longe alia est rerum natura, cum per se absolute, & è diuerso, cum per comparationem

tionem seu relationem considerantur. Alia item est oratio de rebus consideratis in se, et in relatione ad aliud. Mutant enim naturam & conditionem rerum minutissimarum circumstantiæ & relationes, quæ accedunt. Sæpe accessoria ex paruis magna faciunt. Ita Adiaphora, etsi per se sint res indifferentes, exiguae, & non necessarie, tamen consideratis causis, effectibus, personis, temporibus, alijsq; extrinsecus accedentibus, multum differunt à minutis, ac fiunt è minimis maxima.

Accedunt autem in hac restitutione rituum, & concurrunt multa, quæ efficiunt longè aliam naturam et conditionem cæremoniaryum, & requirunt aliam dijudicationem, itemq; disputationem & orationem de cæremonijs, quam si absolutè de ipsis orationem habeamus. Quare reuocabimus illa ad personas, aliq; extrinsecus accedentia.

Primum parua ista magna fiunt à magnis authoribus, ferunt & suadent leges de cæremonijs non infimi loci homines, imponunt et urgēt eas supremo gradu collocati magistratus, quibus ardua moliri & magna tractare conuenit. Si ab authoribus æstimentur præscriptæ leges, religio erit, pro minutis ducere, non æquo accipient animo supremæ authoritatis homines,
id ma.

id imponi sibi, quod magni circa parua & non
necessaria occupentur, & alios sollicitos & oc-
cupatos habeant, pro contemptu & imminuti-
one maiestatis suæ reputabunt, tam humiliter
de eis sentire, illisq; tribuere, quæ sunt hominum
infimæ sortis. Tentarunt legū nouarum præfor-
mationem & promulgationem multi temporis
dissendio, magnis sumptibus, habita sunt comi-
tia conuocatis omnibus ordinibus, omnia acta
sunt non remisse nec segniter. Actionis tenor
quid aliud præ se fert, quam de arduis & max-
imis momenti rebus actum esse? Quid aliud præ
se ferunt actiones consecute post leges promul-
gatas? nihil cessatum est, nihil prætermis-
sum, ut late leges apud omnes obtinerent, ut ab om-
nibus quibus scriptæ erant receptæ, sanctæ &
inviolabiles haberentur, non destiterunt summi
magistratus seueris mandatis, edictis, minis &
proscriptionibus leges latas munire, Et adhuc
feruent omnia, urgent assidue, non datur quieti
locus, non respirant nec respirare subditos si-
nunt, nisi impositas leges ubiq; firmauerint.

An uero primi subsellij hominibus tribue-
mus tantam siue imprudentiam, siue temerita-
tem, siue stultitiam, siue incogitantiam, quod
nec sui, nec aliorum, nec temporis rationem ha-
beant.

beant, & propter leuicula tantum sibi & alijs
faceffant negotij, neq; grauiffimis de rebus
maximas ob causas, fuis confilijs tantum impen-
dant temporis, operæ, laboris, & extrema etiam
denuncient humiliter deprecantibus, ne his re-
bus grauentur, Viderint illi qui difputant, quod
de minutis ac non neceffarijs non fit pugnan-
dum, ne contemptæ imminutæq; maieftatis ac-
cerfantur, fiquidem præbent non dubiam figni-
ficationem, fe parum honorificè sentire & iu-
dicare de fummorum uirorum confilijs, contem-
tionibus, ftudijs & actionibus, quandoquidem
pro paruis ducunt, quæ illi tanquam ardua &
maxima agunt, urgent & prouehunt, tanto co-
natu, tantaq; aßiduitate.

Sentiunt legiflatores de rebus fuis magni-
ficè, & fubditos preclare sentire de eis uolunt,
Magna haud dubiè magnates illi moliuntur,
ut cunq; æftimentur cæremonie præfcriptæ, fint
alijs minuta, leuia, fufq; deq; habeantur, fua-
deantur, recipiantur, tanquam friuola & le-
uißima, illi certe ad maxima uiam adfectant,
leti perlibenter à nobis pro paruis accipiunt,
quæ dantur & recipiuntur, tanquam parua,
dummodo aditum fibi patefaciant ad grauio-
ra, & tandem nobis maiora auferant, Neq;
enim contenti erunt iftis paruis (ut iudicantur)
conceßis.

concessis, sed maxima quoque sibi dari postulabunt. Quare tandem amissis, quæ ut parua contemnuntur, amittemus quoque magna. Quod si magna amittere nolumus, necesse erit principijs obstare, et conseruare parua, ne magna cum paruis eripiantur, et propter maiora pro minimis retinendis pugnare necesse erit. Nam cum periculum est, ne magna amittantur, si remittamus pugnam de exiguis, eaque nobis sinamus eripi, tum prudentia est, certare pro conseruandis exiguis, ne iacturam in magnis faciamus, Neque tum pro leuiculis recte habentur, sine quibus magna obtineri et conseruari non possunt.

Non tantum autem, quæ nostri eleuant et tanquam leuia abijciunt, magna censentur summorum hominum consilijs contentione, adfectione, sed etiam eorundem opinione, iudicio, et existimatione. In ceremonijs uel minima magnificiunt, Habent enim pro diuinis cultibus omnia, abrogatis uel imminutis ceremonijs, putant cultum Dei abrogatum et imminutum, conseruatis et auctis ritibus, sacra conseruari et amplificari autumant. Hac persuasione incitati, perinde ac si sancto raperentur zelo, leges ceremoniales religiose obseruant, tantoque opere instant, urgent, mandant, ut religiose ab omnibus obseruentur.

Ab ista

Ab ista opinione & magno zelo Cæremo-
niæ uel minutissimæ pro magnis reputantur.
Habet opinio ista cultus, meriti, & necessitatis
coniunctas magnas superstitiones, & infinitam
Idolatriam. A magnis superstitionibus Idolatri-
is & erroribus uere pro maximo, habentur Cæ-
remoniæ præscriptæ à gubernatoribus, falsis
opinionibus fascinatis, neq; nugæ, sed magnæ
superstitiones recipiuntur, confirmantur, fo-
uentur, cum ex imperio hominum superstitio-
rum ritus partim superstitiosi, partim Idola-
trici, partim Magici, partim fomenta & admi-
nicula superstitionum & idolatriæ recipiuntur.
Postulant autem superstitiosi non tantum reci-
pi & obseruari cæremonias, sed etiam super-
stitiones cæremonijs annexas, sicut ipsi obser-
uant sua sacra, ita ab alijs obseruari mandant,
si aliter obseruentur, sine opinione cultus, &
meriti, perinde id habebunt, ac si non obseruen-
tur, nec ferent publicam doctrinam & confes-
sionem repugnantem impijs appendicibus, quæ
cæremonias contaminant idolatria. Quare ala-
to silentio suasores & receptores cæremonia-
rum prætereunt istam de remouendis supersti-
tionibus confessionem, Tantum, cum inter suos
concionantur, fingunt concessum & liberum, ut
recta doctrina contaminatos ritus repurget,
errores

errores & abusus tollat, Idcirco ipsimet suis si-
lentium indicunt, prohibent ne publicè repre-
hendant superstitiones & errores Antichristi.
Redeunt igitur ad Aegyptiacam seruitutem
serui caeremoniarum papismi, aliosq; consilijs
& persuasionibus suis in indignā & exitialem
seruitutem conijciunt, & nocentissima scandala
præbent. Definiunt pacificatores ipsi, esse ser-
uitutem, subijci præscriptis legibus de caeremo-
nijs restituendis.

Non sunt autem leuia, nec contemnenda,
nec concedenda, ut parua, quæ in seruitutem in-
ducunt, erepta libertate Christi sanguine par-
ta, quæq; & nostro tempore & posteris in uia
obijciunt, ac relinquunt grauissima scandala,
de quibus alio loco dicetur. Iam enim propero
ad postremam institutæ orationis partem fidem
prius facturum, quod non de paruis nobis incum-
bit pugnare, cum pugnatur de reiectis caeremo-
nijs repetendis.

Probationem adfert nobis confessio prin-
cipum supremo magistratui subseruientium,
confessionem nobis exhibent toties habiti con-
uentus, deliberationes, leges nouæ, aliæ post ali-
as ex Interim deductæ, totiesq; in aliam formam
conflatæ.

Quid sibi crebri conuentus, consultationes,
transfor-

transformationes legum latarum uolunt, si de rebus agitur minutis? Aut principes illisq; operam dantes in stulticiae crimen uocantur, aut in tam crebris conuentibus de rebus arduis tractant. Si de arduis tractant, non minuta sed longe maximam in contentionem deducit mutatio, quæ nunc in principum conuentibus tractatur, & suadetur ab illorum seruis.

Habent hic suum clypeum, quem contra hæc obijciunt suasores seruitutis, concionantur enim, haberi tot comitia, tam solcite discuti negocium, leges refingi, non quod laborent de rebus magnis & necessarijs, sed ut maturo consilio circumspectè & prudenter omnia agantur, consulatur paci, occasiones tollantur bellorum, Ecclesiæ, Scholæ & politię incolumes conseruentur, ne destituantur pastoribus, bellicæ uastationes arceantur: Quid audio, an ista minuta tanta continent, & adferunt bona? an non merito pro maximis habentur propter maxima commoda quibus seruiunt? aut inanibus promissis illudunt, aut uerissimum esse oportet: de rebus magnis & ualde necessarijs in contentione cæremoniarum utrinq; pugnari. Nam quid est tam magnum & necessarium, quam quo pax, religio, salus reipublicæ conseruatur, bella

bella & uastationes prohibentur? Quod si di-
micandum est de articulis doctrinae necessarijs,
non sunt detrectanda certamina de his rebus,
quae conferunt ad conseruationem doctrinae in
necessarijs articulis.

Quare alterum è duobus ueritati consen-
tire, alterum repugnare oportet, si receptae cae-
remoniae amoliuntur bella, concordiam consti-
tuunt, doctrinam conseruant, tum magna neces-
sitate adstringimur, ut eas receptas defenda-
mus. Si uero doceatur, bellicas uastationes ac-
cersere, offenso Deo, concordiam & pacem pi-
am turbare, impiam constituere, religionem
grauiter laedere, doctrinam obruere tandem,
idq; moliri hostes, tum incumbet necessitas, ut
eas repudiemus, oppugnemus, & non aliter
quam de rebus maximis dimicemus in certami-
ne & conflictu de caeremonijs procul arcendis
ab Ecclesijs rectè constitutis, unde sunt profliga-
tae iustis de causis.

Apostolus Paulus in rebus medijs & paruis
pugnauit acriter, quoties doctrina aut libertas
christiana in periculo erat, cum opinione iusti-
ciae & necessitatis aduersarij res medias urge-
bant? non cessit ad horam in certamine, cum
pseudoapostoli libertati insidiantes cogere uel-
lent ad Titi circumcisionem, ne Petro quidem
cessit,

cessit, quamuis Apostolo, sed restitit illi in faciem, reprehendit eius simulationem coram omnibus, & tamen res erat parua, in qua simulanter agebat Petrus. Res est parua manducare carnes, & tamen tanta erat Apostolo, accedente scandalo infirmorum, pro quibus Christus mortuus est, ut adfirmaret potius abstinentium perpetuo à carnibus, quam uescendum cum offendiculo.

Quoties Christus de rebus paruis certamen habuit cum Phariseis, quibus tamen perinde non cessit, ac si de rebus maxime necessarijs pugnaret? Quod Christus, Apostoli, Martyres, & omnes constantes confessores fecerunt in certamine pro gloria Dei, pro libertate, pro confessione & defensione ueræ doctrinæ aduersus impiorum coactionem, insidias, machinationes, aduersus scandala, idem nobis iisdem de causis est faciendum & in rebus etiam minimis pertinaciter pugnandum, uel cum uitæ dispendio, ubi agitur Dei gloria, ubi periclitatur ueritas, libertas, salus proximi, ubi scandala in multorum ruinam Satan obijcit.

Hæc satis sit dixisse de primo genere rerum, quæ aliam per se, aliam in relatione habent naturam & considerationem, in qua translatione liquet ex confessione iudicio, consilijs, conatibus.

conatibus, actionibus, edictis ferentium & sud-
dentium leges de restituendis ceremonijs, non
esse habenda in paruis, quæ in ceremoniali ser-
uitute imponuntur, nec de his tanquam de leui-
bus, sed maxime necessarijs rebus dimicandum
esse. Idem fit manifestum ex ingentibus malis,
periculis & scandalis, quæ cum ista seruitute
coherent.

Accedo nunc ad alterum genus rerum, quæ
conijciuntur in turbam, & falso leuibus ac non
necessarijs annumerantur. Sunt enim non tan-
tum propter additamenta seu appendices ex-
trinsecus accedentes, sed etiam sua natura mag-
næ & necessarie, quanquam alia sunt his ma-
iora magisq; necessaria.

Huius generis pauca tantum indicabo, un-
de de similibus iudicium faciat prudens lector.
Dantur nunc consilia periculosa, ne in doctrina
iustificationis contendatur, nos per solam fidem
in Christum iustificari. Sic enim scribit quidam
ex pacificatoribus. Ego existimo de uoce sola
non esse pugnandum, fuit præcipuè nostris, imo
omnibus temporibus hoc certamen acerrimum,
& manebit ad mundi finem, non quidem de uo-
cabulo, sed de re ipsa, quod sola fide iusticiam
Christi apprehendimus, si quid est necessarium,
de quo boni milites Christi indefesse decertent,

B

certe

certè nunc hoc imprimis est necessarium, de quo pugnetur. Sanctæ memoriæ Lutherus tam iudicauit necessarium hoc certamen, ut se totum potissimum impenderit in hanc doctrinam patefaciendam, adserendam, & defendendam, in solo Christo sitam nobis esse salutem, eamq; per fidem solam, non per opera obtineri. Negat aliquoties in diuinis suis commentarijs scriptis super epistolam Apostoli ad Galatas, nõ concessio ab aduersarijs hoc articulo, quod sola fides in Christum nos iustificat, se ne in minimo quidem papistis cessurum, Quod nobis quoq; neuitquam faciendum erat, si Prophetarum, Apostolorum & Martyrum uestigijs insisteremus, et tradita ab illis tanquam deposita bona fide custodiremus.

Immensis laboribus stetit antecessoribus nostris, ad repurgandam diuinitus excitatis, sacra signa à Christo instituta reuocare ad proprium suum usum, Et à ueris suppositicia secerare, restituerunt in locum & dignitatem suam Sacramenta, fidelibus commendata Christi magistri sui institutione, quæ gratiæ promissionem annexam habent, alia commenticia Sacramenta falso ueris annumerata redegerunt in ordinem. Signa sacra ad suum reuocata numerum, ad conuictum septenarium iterum extendi

tendi sinunt pacificatores, detrectant certamen
de Sacramentorum numero, ac si nihil referat,
retinere Sacramenta gratiæ certo numero
Euangelicis libris definita, nihilq; in eo sit pe-
riculi, si Sacramenta appellentur, quæ signis
sacris hominum placita annumerant.

Addunt quidem cautionem aliquam in
Sacramenti definitione, sed cum manet numerus
& appellatio, facile hærent errores et redeunt.
Reiecti dignitas baptismi & sacrae coenæ, turba
ceremoniarum plurimum est obscurata, nec ta-
men pericula mouent, quo minus denuo admis-
ceantur sacrosanctis signis traditiones humanæ,
quæ breui tempore iterum obruant promissio-
nes Dei, signis annexas, unde uirtus & dignitas
Sacramentorum pendent. Parum abest, quin
oleum, Chrisma, coniurationes magicas admit-
tant, Non tam Theologi, quam populus, alijq;
ordines ista cauerunt & petiuerunt in nouis le-
gibus à Sacramentis excludi, Quando quidem
igitur papistæ nobis obtrudunt sua commenti-
cia ac blasphema Sacramenta, luce clarius ap-
paret eos fucum facere, qui declamant quod
Christiani in magnis & necessarijs, constantes
& pugnaces, in paruis facile esse, & ubi opus
sit pati debeant.

Quantum negotij fuit nostris in abroganda

missa priuata: Prophanatores cœnæ Domini
tanti faciunt Missam, tantamq; in ea constitu-
unt necessitatem, ut nihil habeant sanctius in
cultu Dei, nihil ita mordicus retineant, neq; us-
quam laborent uehementius, quam ut Missas
priuatas restituant. Pseudopropheta Interim
præcipuam operam consumpsit, artesq; & ui-
res suas in eo potissimum expertus est, ut Missæ
sacrificium defenderet. Nostri uero Missam
potissimum ceu caput & Basin abominationum
oppugnarunt, editis integris aliquot uolumi-
nibus.

Est inter præcipuos Theologos aliquan-
do non instrenuus Missæ priuatae oppuginator,
qui nescio quo spiritu abreptus non ueritus est
scribere, etiamsi nostræ ditiones Missa priuata
onerarentur per leges Interim, tamen se nolle
dare consilium illum articulum impugnandi.
Adeo sibi dissident, hocq; tempore non dignan-
tur habere in magnis & necessarijs, quæ ante
habita & defensa sunt inter maxime necessa-
ria.

Antea restricti nunc facti nimis faciles mul-
ta largiuntur de alieno prodigi. Ita enim suam
facilitatem idem Author bis terue prædicat in
primo scripto consilij sui super Interim dati.
Multæ conceduntur gubernatoribus. Item eti-
amsi

amfi docti bonis rationibus repugnare possint
plerisq; articulis libri Augustani, tamen sentio
patienter cedendum.

Ex eodem fonte liberalitatis & patien-
tie proficiscitur, quod ne quidem iudicatur ne-
cessarium, resistere legibus & doctrinae Dæmo-
niorum, quæ constitutis diebus cibos prohibent.
Quid tam necessarium est in papatu, quid ob-
seruatur tam sancte, quam lex de interdicto esu
carnium, quàm grande scelus est carnibus uesci
in quadragesima, & alijs statis ieiunij tempo-
ribus, quam plena sunt impietatis papistica ie-
iunia, quæ in abstinentia carniū collocantur.
Antecessores nostri multum negocij habuerunt,
ut papisticae leges de ieiunijs abrogarentur. Iam
uero sine ullo negotio, iubentibus seruis Anti-
christi, ieiunia abrogata in integrum restituunt
ceremoniarum magistri, rem pronunciant esse
leuiorem, quam ut de ea litigetur.

Leges ieiuniorum quondam sub Ecclesia-
sticis legibus censebantur, & in papismo adhuc
appellantur catholicae Ecclesiae leges. Nunc ue-
ro in ordinatione non forensi, sed Ecclesiasti-
ca appellantur ciuiles, & uno uocabulo pul-
chre emendantur scilicet leges Dæmoniorum,
Impietas & Tyrannis omnis rescinditur, præ-
cluditur ianua periculis & superstitionibus

omnibus, cum tamen tantum fucum faciant novi
Nomothetæ, & nullum politicum finem habeat
& habere possit saturum illud ieiunium, quod
celebratur uentre replendo non carnibus sed
alijs cibis. Quasi uero nec Paulus nec Apostoli,
nec ante eos Prophetæ ciuilibus rebus consuluerint,
cum nunquam tulerunt, imo prohibuerunt
& damnarunt tales leges, sed nihil mirum est
nostri temporis Theologos quosdam hic legibus
cedere, multo peiora largiuntur.

Deferunt largissimi homines Antichristo
supremum locum in Ecclesia, pro summo pastore
etiam iure diuino agnoscunt. Bone Deus, quot
labores exantlauit Hercules noster? quot hy-
dras confecit belligerantes pro primatu Roma-
ni Pontificis. Certe aut non legerunt disputati-
ones & scripta ista Heroica, quibus Papæ pri-
matus est euersus, nec sua quidem memnerunt,
non norunt Antichristum omnibus reuelatum,
aut adhuc dubitant an sit Papa Antichristus,
aut si norunt omnibus notum, dissimulant se
nosse, scientes contra conscientiam lupum po-
pulantem ouile Christi pro pastore supremo
recipiunt, aut timidè & perfidè se subtrahunt è
statione, negantes necessariam esse ea de re
contentionem. Existimant fortasse addita cau-
tione unius uerbi, quod deferunt illi plenitudi-
nem poa

nem potestatis, qua utatur in ædificationem,
pulchrè suo officio defunctos, & Antichristū mi-
ra Metamorphosi se transformasse, omnēq; Ty-
rannidē eius inhibuisse. Sed quomodo potestate,
quā sibi falso arrogat ad ædificationē uti potest
Antichristus? filius perditionis, uastator regni
Christi? Aduersarium Christi in ædificationem
Ecclesiæ Episcopum constituere, idem est, ac si
lupus pastor præficiatur ouibus, & lex illi præ-
scribatur, ut potestate sua utatur ad salutem
ouium. Lupum pastorem dare ouibus, oues est
prodere: Lupo Antichristo committere guber-
nacula Ecclesiæ tanquam capiti, quid est, nisi
Ecclesiam prodere, & semel totum papatum
probare & stabilire? Desino commemorare
multa alia his non leuiora, quæ iam suadent
pacificatores, ueluti res nihili propter incer-
tam & euanidam mundi pacem dissimulare,
præterire, & è manibus abiecta dare persecuto-
ribus nominis Christi. Utinam Antiochis nostris
persuaderent, res esse paruas ac non necessarias,
de quibus leges scribunt etiam ciuili sanguine,
inq; eam fidem inducerent, friuola esse, quæ
tantopere urgent, Tum preclare suam locarent
operam, sanctissimos agerent oratores, per-
magna ferrent suæ eloquentiæ præmia: sed ui-
dent nullos oratores, nullam dicendi uim præpo-

tentes illos dominos ad credendum inducere
posse, quod leges ferant de rebus friuolis & ni-
hili: intelligunt se non ita bonam gratiam ini-
turos, si id persuadere tentent, Quare pitho
ad alios se conuertit, placare studet armatos
auditores, & concionibus suis conatur persua-
dere inermibus socijs, quod aliter esse omnibus
sensibus percipiunt, Dissidentes ab istis per-
suasionibus non essent tam hebetes aut stupidi,
quin intelligerent ista leuia, nec tam morosi,
quin adsentirentur concionibus de non distra-
hendis Ecclesijs ob res friuolas, si essent res eius-
modi, quales esse concionantur, quandoquidem
id non intelligunt, nec ullis possis assequi rati-
onibus, neq; suasores dictis suis fidem faciunt,
neq; unquam facturi sunt ullis certis probatio-
nibus, dissidentes autem firmissimis & eviden-
tissimis nituntur argumentis, quæ conuincunt &
persuadent non de lana caprina certamen &
pugnam esse Ecclesie Christi cum satellitio An-
tichristi, & totius religionis ac salutis agi pe-
riculum, adsentiri fucatis & perniciosis conci-
onibus & remittere pugnam non possunt, quin
decertent de rebus tantis propter Dei gloriam
& publicam salutem, id ut indefesse faciamus
semper in procinctu stantes, per suum spiritum
inuietissimus imperator noster Iesus Christus
vos in

nos instruat & munit armis, quibus consilia
demolimur & omnem celsitudinem, quæ ex=
tollitur aduersus cognitionem Dei &
captiuam ducimus omnem co=
gitationem ad obediën=
dum Christo
Amen.

B 5

POSTE

ere
ni
mi
tho
tos
ua
bus
er
di
osi
ra
us
em
ti
nt
io
n
e
e
na
ca
cia
in
m
us
um
tus
n



POSTERI-
VVS SCRIPTVM, IN
quo euidenter ostenditur, quod
Authores & suasores legum de
doctrina & cæremonijs hoc
tempore nouandis, Anti-
christo in fraudem Ec-
clesiæ Dei gra-
tificentur

Prouerb. XXVIII.

Impios prædicant hi, qui legem
deserunt, contra succensent
eis hi, qui legem
seruant.



V M I N C O N F E S S O S I T ,

nec ullam inter sanæ mentis ho-
mines habeat disceptationem,
nihil omnino esse faciendum in
graciam hostium Ecclesiæ Dei,
quod in eius uergat damnum, Et hoc tempore
suasores legum ceremonialium malè audiant,
quod in hostium gratiam, in fraudem uero pi-
orum, præsentem Ecclesiarum statum mutant,
ac reiectos iam multo tempore ritus instaurent,
ad hanc quasi defensionis suæ arcem confugi-
unt, negant se quicquam facere in impiorum
gratiam, quod Christi populo fraudi & detri-
mento esse possit. Miras hoc colore præstigias
offundunt multorum oculis. Permagnum itaq; re-
fert, in alteram partem aliquid certi constitui-
ere, populo ne Christi, an Antichristi gratifi-
centur pacificatores, qui promulgatas leges de
ceremonijs, non tantum ipsi recipiunt, sed eti-
am alijs, ut recipiant, suadent.

Nam si constiterit, id fieri in gratiam im-
piorum, & in graue religionis detrimentum
cedere, non leuis erit causa, cur boni solliciti pro
Dei gloria, & religionis incolumitate, pernici-
osas istas leges & mutationes auersentur, im-
positæq; seruitutis iugum repellant: Si uero fi-
dem fecerint conciliatores, se pijs gratificari,
hasq;

hasq; mutationes ex usu Ecclesie & glorie Dei
esse, iustum fuerit, latis legibus parere, ipsorum
consilia & actiones prouehere & iuuare.

Ego autem postquam hæc de nouandis sa-
cris cumulandisq; ceremonijs controuersia agi-
tari cæpta est, non segniter expendi aliorum
sententias, argumenta discussi, contuli utrinq;
dicta & scripta, nec reperire potui aliquid fir-
mi in ea sententia, quæ suadet, nouis legibus de
ceremonijs locum dare, idq; in usum Ecclesie
esse prædicat, In quo quidem conscientie pos-
sint acquiescere & persistere citra reprehensio-
nem:

Econtra cum uersor in consideratione
alterius sententiæ, quæ legibus de ritibus no-
uandis aditum præcludit, & mutationes præ-
sentis status Ecclesiarum hoc tempore iudicat
esse perniciosissimas, tum quamcunq; in partem
intendo animi cogitationes, Inuenio cum copi-
osas, tum firmas rationes pro contraria senten-
tia firmanda, quæ omnino persuadent, has mu-
tationes aduersarijs pontificijs subseruire, eisq;
quæ cupiant & machinantur ex sententia fa-
cilimè conficere omnia. Ex his rationibus eas
adducam, quæ præcipue aliquid momenti ha-
bent, alias leuiores præteribo.

Primum

Primum adferam probationes sumptas à personis, secundo loco sumam argumenta à rebus impijs petita.

Consideratio personarum non pauca nec infirma suppeditat argumenta, quibus uerè astruitur, in præsentì nouatione ceremoniarum in gratiam hostium renouatæ doctrinæ omnia geri.

Personæ agentes hanc causam uariæ sunt, animis, uoluntatibus ac studijs ualde inter se dissimiles, Alij actores aliud spectant, Alij alijs de causis suas fabulæ partes agunt, omnes tamen actione sua probatum faciunt, promulgationem & receptionem nouarum legum prodesse maleuolis, ueræ emendationi Ecclesiarum aduersantibus, & obesse Ecclesijs ad uerbi Dei præscriptum, ac iuxta formam Apostolicæ Ecclesiæ emendatis & constitutis. Id ita esse, tam est certum, quam quod certissimum, si primo loco obseruemus actores, qui primas & secundas habent partes, & totius fabulæ sunt quasi Poetæ & Architecti.

Nata est Augustæ infœlicis partu dira chimera in exitium religionis immimens, Quo uero ortu? Quibus parentibus? Gubernatores potestate suprema præditi chimerae partum animo conceperunt, astuto sanè & exitiali consilio.

Iussu

Iussu & authoritate eorum, qui summam rerum tenent, præformata est doctrinae & sacrorum forma. Iidem suam sobolem superstitem & honoratam apud omnes esse uolunt, mandant, urgent, compellunt, præscriptam formulam in Ecclesias introductam, religiosè obseruari. Cum istis patronis addictis Antichristo, Idolatriæ & superstitionibus deditis, auctoribus nouæ leges de religione administranda ortæ & promulgatæ sint, eisq; postulantibus & mandantibus in Ecclesias irrumpant, Quis uere negare potest, non impijs gratificari, quicunq; ab eis impositas leges recipiunt, & recipere suadent. Nec uideo, qua ratione placare possent legislatores, aut eorum gratiam habere, nisi grata ipsis facerent. Non haberent rata, quæ fingunt & refingunt, si intelligerent ea fieri, quæ ab impiorum placitis & legibus dissentiant.

Quibus uero gratificantur potentes? an non inseruiunt illi, quem pro supremo capite agnoscunt, colunt & reuerentur? cui solenni iureiurando obnoxij sunt?

Romanus Pontifex, Cardinales, Episcopi, cæteriq; de illo grege Epicuri nullo ferrent modo, seculares (ut uocant) principes, uel minimum sibi sumere in ferendis legibus de doctrina

Strima & ceremonijs Ecclesiasticis, si quid agatur, non pro ipsorum arbitrio, ipsis non consentientibus ac approbantibus omnia. In sacris arrogant sibi supremam potestatem, iudicium, cognitionem & approbationem, sublimiori papa sedet loco, quam ut dignatur civilem magistratum isto honore, ut quicquam uel in minimo absq; illius consensu de rebus Ecclesie constituat, fremerent Pontificij, sui fulminis tela in principes iacularentur, si animaduernerent, quicquam tentari, quod uideatur, ipsorum maiestatem quoquo modo imminuere.

Quod cum bene notum esset supremum magistratum gerentibus, prudenter cauerunt, ne offenderent pontificem, neue malam apud Cardinales & Episcopos gratiam sibi conciliarent, aliquid tentando aut largiendo, præter eorum consensum & approbationem: Profecto nihil tentatum est temerè, nihil promulgatum nisi re ad Pontificios prius delata, & potestate iudicandi, mutandi, addendi & adimendi ipsis facta.

Nec alij adhibiti sunt artifices nouæ formulæ præformandæ, quàm quibus pulchrè cum Antichristo, cum Christo pessime conuenit, quibus sacrilegij loco est, cuiquam aduersus Romanum Pontificem fauere, studium quippe & fauorem

favorem suum pro suis coniuratis, omnibus partibus præformate constitutionis abundè declarauerunt, ita ad palatum pontificiorum attemperauerunt omnia, articulos duos, in quibus uideri poterant hæreticis aliquid dedisse, Alterum de coniugio sacerdotum, Alterum de integritate Synaxis usu reiecerunt ad definitionem futuri concilij, Audiui aliquoties à fide dignis referri pro certo, Cardinalem legatum dispensationem admisisse, qua concessum sit catholicis (ut eos uocant) sine offensione pontificis ad tempus tolerare, quæ à Pontificijs legibus & Romanæ Ecclesiæ consuetudine in præscripta religionis forma dissident. Eousq; nonnulli Episcopi Interim admittunt & tolerant, quoad suis consilijs & conatibus inservire, & uiam patefacere eò, quo contendunt, perueniendi, uident.

Cum iam ad suum ministerium noua constitutione satis abusi, pristinam suam dominationem pro uotis obtinuerint, Tandem, Interim repudiato, ad placita & constitutiones Pontificis summi reuocant omnia, et quod antea concesserant, ad se retrahunt.

Ex quo non temere colligitur, factionem papisticam retracturam habenas concessas, ubi adiumento Interitus erecto capite præualuerit, uereq;

vereque concluditur, operam suam dare hostibus,
quicumque illis obsecuti latas leges probant &
prouehunt, aut alias nouas inde deductas con-
dunt.

Progrediar ad alias probationes sumptas
à personis illorum, qui societate sunt deuincti
cum cohorte Pontificis Romani.

Nouæ leges obtinent iam locum, occupant
Ecclesias, non tam autoritate, edictis & machi-
nationibus eorum, qui aperti hostes ueritatem
oppugnant, quam se ingerunt inuitis per tech-
nas eorum, qui se amicos & patronos ueritatis
profidentur, nihilominus tamen apud summos
monarchas in bona gracia, & in tuto sua esse
uolunt.

Pro hostium socijs, & hostium loco iure
habentur, quos facta sua de societate hostili
conuincunt. Socij sunt hostium, qui cum hostibus
coniungunt arma, bellum inferunt innocenti-
bus, illatum adiuuant, præbentes Christo hospi-
tium oppugnant, & fortunis suis exuunt. Id an
superiore bello ciuili fecerint nec ne, qui tanto-
pere laborant, ut satisfaciant suis promissis, &
Interim introducunt in Ecclesias, res ipsa cla-
mat, nec requirit longiorem orationem.

Habent deinde socij persequentium Chri-
sti nomen

C

sti nomen

sti nomen suos seruos, quibus ad suas artes abun-
tuntur.

Horum non est unum genus, non una per-
tica metiendi sunt omnes, Alij seruiunt ex ambi-
tione & auaricia, Alij ex turpi metu, Alij ex
bono (ut putant) zelo, sed quacunq; causa ad
seruitutem impellantur, omnes laborant anxie,
ut remoueant à se reprehensionem, adeoq;
suspicionem omnem, quod gratificentur facti-
oni Antichristi facilis quidem est fides, pler-
osq; subdere se seruituti, aliosq; in eam præ-
cipitare, non in Romanensium, sed in suam gra-
tiam & commodum. Ambitiosi & auari suo
honorì, suisq; commodis seruiunt, simulant ta-
men se seruire socijs impiorum ac simulanter
illis suam operam locant. Nec uero serui soci-
orum hostilis turbæ querantur, iniuriam sibi
fieri & falso in se conferri hanc suspicionem,
quod sua querunt. Paulus suo tempore planè
fœlicissimo præ hoc nostro corruptissimo secu-
lo conquerebatur, omnes sua querere in nego-
cio Euangelij. Tali querelæ tanto nunc plus lo-
ci est, quanto hoc sæculum est corruptius, &
longius à pietate recessit. Frustra igitur seruile
hoc genus laborat à se remouere reprehensio-
nem hostilis seruitutis. Ecclesiæ Christi non ser-
uiunt suis consilijs & actionibus, Ecclesia non
desiderat

desiderat istam seruitutem, sed potius abhorret,
refugit & deprecatur, audiuntur tristes que-
relæ piorum, queruntur doctores sibi non con-
stare, sub seruitutem, ex qua liberati sunt, se
redigi, reclamant seruituti conscientie.

Audiuerunt sæpius ceremoniarum serui,
quæ sententiæ in conuentibus à multis præstan-
tibus uiris dictæ, & scriptis ab omnibus ordini-
bus exhibitæ sint. Versarunt suis manibus plu-
rima scripta, missa ex multis ditionibus & ci-
uitatibus, ex quibus acceperunt, quæ sint publi-
cæ querelæ, quæ perplexitas, quæ dubitatio, quæ
pericula, qui gemitus & dolores communes
omnium bonorum, quam prægrauentur ipso-
rum consilijs & præiudicijs. Celebres aliquot
ciuitates istis consiliarijs seruitutem suam ac-
ceptam ferunt. Oppugnatur ista seruitus multis
euentissimis argumentis, sed nullis machinis
ualidius concutitur & damnatur, quam publi-
co consensu declarato tot uocibus, sententijs,
dictis, scriptis, querelis, gemitibus, doloribus &
tristissimo luctu, in quo boni ob seruitutem istam
uersantur.

Cum igitur uel palam uel tacite recla-
mantibus, reluctantibus, dolentibus & depre-
cantibus omnibus ordinibus, reiecta iam olim

sacra renouentur, constat authores nouationis,
& eorum seruos non gratificari Ecclesie.
Quod si qui Ecclesie nomine censentur, qui gra-
tam habent istam seruitutem, non ideo defini-
endum est, id Ecclesiam gratum habere, quod
homines partim Athei & Epicurei, partim am-
bitiosi & auari, partim metu aut amore prauo
abrepti gratum habent, quod huius farinae ho-
minibus in religione sincera solet esse gratis-
simum, id subditis regni Christi solet & debet
esse ingratisimum & odiosissimum.

Res loquitur ipsa, quam ingrata sint Chri-
sto fideliter adherentibus, opera studium, la-
bor, & omnia que in hanc papisticam seruitu-
tem impenduntur. Cum itaq; serui ceremoniarum
non gratificentur Ecclesie Dei, satellitio
Sathane eos gratificari necesse est. Atqui in-
quiunt, nos ex animo bene cupimus Ecclesie, nos
aliud agimus, aliud aduersarij, Querimus re-
ligionis conseruationem, accommodamus consi-
lia nostra ad reipublice & Ecclesie incolumi-
tatem, auertimus bella, dissipaciones &c.

Ego uero de plerisque, hoc ut credam, ut
induci non possum, ita concedo nonnullos bono
ferri studio. Integritas paucorum apud me est
indubitata

indubitata, de quibus sic sentio, quod cupiunt
consulere rebus publicis.

In his non accusatur nec reprehenditur
uoluntas, animus & studium, sed illud reprehenditur,
quod quæ agunt non suo tempore, non
iusto & legitimo modo in rebus concessis absq;
scandalo agant, non recta incedant uia, suaq;
opera hostes, & eorum socios abuti sinant ad
suas machinationes, nec sustineant audire alio-
rum consilia, monitiones, querelas, uota &
preces. Non ignorant, intempestiuam beneuo-
lentiam nihil differre ab inimicitia. Sciunt alijs
temporibus alia conuenire, quæ bene facta sunt
oportuno tempore, importuno malefacta esse,
notum est ex Psalmo 1. Quod arbor bona fert
fructus suos suo tempore. Et ex alio Psalmo,
Quod iustus negocia sua iuste administrat. Si
quid in Cæremonijs utilibus Ecclesijs alicubi de-
fuisse, poterat id sine offensione, oportuno
tempore ordinari.

Quam autem sit intempestiuum hoc tem-
pore agere de nouandis ritibus, & transfor-
mandis ordinatis Ecclesijs, quam uero oportu-
num sit improborum insidijs & machinationi-
bus, non est huius loci longius persequi.

Reprehenditur merito processus malus
seu modus harum actionum. Causa agitur pu-

blica totius Ecclesiae, reducitur seruitus, ubi de-
pulsæ est, ad has actiones adhibere oportuit
præcipuos Ecclesiarum præsides, semotis patro-
nis Pontificiæ Tyrannidis et eorum fautoribus,
In publico erat causa agenda, dijudicanda, de-
cernenda ex legibus, regulis & statutis diuinis
uerbi Dei testimonio firmatis, communi consen-
su & approbatione Ecclesiarum addita inge-
nua confessione, exclusis erroribus & supersti-
tionibus. Hæc cum longe aliter agantur pauco-
rum arbitrio in multorum graue præiudicium,
merito improbantur.

Postremo in reprehensionem incurrit,
quod ante reiecta & adempta grauibus de
causis, nunc conceduntur aduersarijs.

Instaurantur ritus noxij potius quam uti-
les ad pietatem. Sunt enim magna ex parte fo-
menta & instrumenta superstitionis & impie-
tatis.

At hic se defendunt serui cæremoniæ,
negant se recipere uel administrare cæremoni-
as, nisi repurgatas à superstitionibus, erroribus
& abusibus, dicunt addere se declarationes, mi-
tigationes & commodas interpretationes, quæ
remoueant omnem superstitionem, & admini-
cula impietatis tollant, uerum nihil illos suble-
uat aut iuuat hæc defensio. Siquidem utcunq;
uerbis

uerbis & promissis, literis & syllabis repur-
gentur Cereemoniæ à suis sordibus, tamen reue-
hant damnatas superstitiones & errores. Non
dubium est, plerosq; ritus, cum primum institu-
erentur fuisse expertes & incontaminatos à su-
perstitionibus, tamen progressu temporis con-
taminatos esse pessimis additamentis.

Quod antea usu uenit melioribus tempo-
ribus, id multo magis deterioribus euenire po-
test. Sunt enim cereemoniæ procliues in super-
stitionem & idolatriam.

Adhæc etiamsi legibus præscriptis addant
declarationes & benigniores interpretatio-
nes, tamen leges sunt & manent ex legibus cor-
ruptelarum plenis natæ: Chimæra chimæram
gignit. Quod si centies leges nouæ ex chimæra
fingantur & refingantur, tamen ortum suum
ex chimæra habent & matrem referunt.

Mali corui malum ouum. Ex Interim non
nisi Interim nascuntur, Cæterum conuincit arti-
fices legum nouarum sua ipsorum confessio,
prolem sequi parentem, & foetum ædi parentis
similem, quantumuis sæpius Chimæram trans-
formant. Non uolunt uideri leges suas à legibus
chimærae dissentire aut discrepare, ne offendant

C 4 supremo

supremo magistratu tum peditos, sed offensos placare possunt, Voce, scriptis protestantur, suas per omnia cum illis consentire. Domini quibus ancillantur, nolunt uideri, se suis non satisfacere promissis, quibus Imperatori se obstrinxerunt, quod uelint efficere, ut subditi præscriptis legibus ordinationis Interim pareant, nolunt etiam de illorum gratia, de honore & opibus suis periclitari.

Interpretationes, quas addunt, uolunt tantum esse quandam declarationem, quæ non addat aut adimat aliquid aut mutet in promulgatis legibus sacrorum, sed tantum in obscuris & ambiguis sententiam certam explicet. Nihil aliud sibi sumit Marchiticum Interim, quam quod Interpretis officio fungatur, & in controuersis addat declarationem. Vnde magnus quidam magister Cæremoniarum in Epistola quadam scripsit, Misnenses Theologos tandem in ordinationem imperatoris consensisse. In conuentu proximè habito ante Iüterbacensens posteriorum aliquot Episcopi sententiam Theologorum de plerisque articulis Interim ita se accipere palam his uerbis professi sunt, was aber die artickel so ihr vns vbergeben in sonderheit betrifft / achten wir dieselbigen dahin gerichtet / das sie sich

sich mit der Keyserlichen ausgegan-
genen ordnung des Interims ver-
gleichen sollen / wie wir denn der
Theologen vnd ewer gemüte dahin
gerichtet verstehen. Præterea interpreta-
tiones suas ambiguis uerbis & generalibus sen-
tentijs sic inuoluunt, ut in utranq; partem tra-
hi possint, idq; facilius pro aduersarijs quam
pro nobis, cum alias aduersarij in ambiguis sibi
retineant potestatem interpretandi.

Haftenus persone agentes Tragedias in
ceremonijs suppeditarunt nobis probationes,
quibus adseritur in gratiam partis aduersantis
Euangelio Dei fieri, quicquid in ferendis, reci-
piendis, interpretandis, excusandis, & promo-
uendis legibus ceremonialibus hoc tempore ge-
ritur.

Nam actores siue authores, siue socij, siue
Domini, siue serui appellentur, occupantur cir-
ca unam & eandem chimeram, hanc parturi-
unt, pariunt, informant, fouent, ornant, Alij ali-
is subseruiunt, medij & ultimi primis uelut una
catena colligati & unum iugum trahentes,
quasi per manus ab eis accipiunt & tradunt,
quod primi dant, & dare imperant. Serui prin-
cipibus obsecundant, principes suprema po-
testate

testa te præditis, hi obsequuntur pontifici summo,
ad hunc redeunt omnia, atq; ita concluditur,
Antichristo gratissima facere, qui reuocant, mu-
niunt & quoquo modo adiuuant, quæ ille uult
haberi inuiolata. Ad hoc probandum demceps
res ipsa nobis argumenta dabit.

Nulla potest de eo esse inter ullos dissentio,
id fieri in gratiam malorum, quo mala consilia
& conatus iuuantur, & quod obest bonis. Leges
de ceremonijs abrogatis nunc reducendis in Ec-
clesias iuuant conatus malorum, prægrauant
bonos. Nam libertatem donatam per Christum
eripiunt, Ecclesiam sub iugum mittunt serui-
tutis, id quod consitentur suasores legum, qui
appellant duram seruitutem, denuo subijci le-
gibus ceremoniarum, quæ ab aulicis imponun-
tur. Quo pacto consilia & conatus impiorum
possunt promouere foelicius, quam cum ipsi do-
minantur pijs seruitute dura oppressis. Astuti
homines ad impietatem suam defendendam ni-
mis probe instructi uiderunt dominationem su-
am nec stabilire se, nec in seruitutem redigere
per Christum in libertatem assertos, nec uacil-
lantes suas superstitiones fulcire, nec subuersas
erigere potuisse aut posse, nisi id tentarent per
eos effectum reddere, per quos sciebant suas res
conuulsas

conuulsas esse, & facillime reparari posse, si au-
thoritate & præsidio ipsorum uterentur. Quod
si quis adhuc ueritati dicendæ locus relinqui-
tur, pro uerissimo adfirmari potest, impossibilia
prorsus fuisse aduersarijs, quæ nunc facillima
habent nostrorum societate, consilijs & auxi-
lijs, quæ quidem plus papatum resuscitarunt &
erexerunt, quam ulla potentia, arma & seuitia
hostium unquam potuisset.

Ne autem ueritati cedant, neue tantorum
malorum se reos consiteantur, nec à suis desi-
nant actionibus, huc perfugium habent, quod
prædicant, se consulere Ecclesijs, ne solitudo fi-
at in paruis cedendo hostium conatus se impedi-
re, ferre in leuioribus seruitutem, ut grauiorem
à ceruicibus repellant. Nimis mala est causa,
languet, & ruit per se defensio, cum facta ipsa
uerbis reclamant. Non enim parua sunt, in qui-
bus cedunt, seq; & alios implicant seruitute.
Aptissime inuertitur, quod tam præposterè di-
citur, uere adfirmatur, seruitutem admissam in
paruis inducere in aliam grauiorem & mise-
riorem. In paruis autem, quæ dantur aduersa-
rijs, numerari, & ut parua negligi aut permitti
haud possunt. Nam concessio repugnat uerbo
Dei prohibentis ac damnantis seruitutem, quæ
aduersatur libertati acquisitæ per sanguinem

Filijs

Filij sui, quæ grauiſſima parit ſcandala, pios
perturbat, dubios & languidos reddit, atq; alia
adfert mala, de quibus aliâs nobis erit ſcribendi
locus.

Hæc mala ita onerant & premunt bonos,
ut dolentes conquerantur, ſe ſociorum conſilijs
& auxilijs trifti ſeruitute implicari. Abſtine-
rent à querelis, ſi tantum boni eſſet in ſeruitute,
quantum ex ea prouenire prædicant. Honèſta
ac utilia conſpicua ſunt, commendant ſe ſplen-
dore ſuo. Si tanta commoda adferret ſeruitus,
quanta inde prouenire iactantur, boni perſpi-
cerent & expeterent ea, ſi homines ſtupidi non
ſentirent, intelligerent alij prudentes, ſi non
expeterent ea, qui Eccleſiæ calamitatibus non
tanguntur, expeterent alij qui adficiuntur pub-
licis malis. Iam non tantum hebetes & duri,
ſed & perſpicaces & benigni non perſpiciunt
neq; expetunt illa tanta commoda, Alij qui ſe
ea perſpicere putant, uident illa tanquam per
ſomnium, quare conſequitur, & ſomniatam &
uanam eſſe ſcælicitatem, quæ è ſeruitute emer-
gere perhibetur. In ſumma, in gratiam impio-
rum fit, quod fit uel in minimo cum iniuria glo-
riæ Dei & Eccleſiæ. In gratiam Iudæorum,
Euangelij uero iniuriam Paulus fieri iudicabat
ſi Titus

si Titus cogentibus falsis fratribus circumcideretur, ideo noluit eis cedere ad horam. In gratiam Iudaeorum Paulus fieri iudicabat, cum Petrus à gentibus se subtraheret, Barnabam & alios in simulationem induceret, reprehendebat Petrum, quod non rectè incederet ad ueritatem Euangelij, gentesq; cogeret sua simulatione Iudaizare. Quanto magis obstinatis Phariseis gratificantur, & grauiore reprehensione digni sunt, qui sua indulgentia & simulatione multas Ecclesias in Hypocrisin & seruitutem inducunt? hoc tamen pretextu, quod Ecclesijs consulunt, ne à pastoribus deserantur, aut bellis uastentur. Aliud inquit nos agimus, aliud aduersarij machinantur, hostes moliuntur Papatum restituere in gratiam Antichristi, Nos in Christi gloriam & bonum Ecclesie, destruere molimur, illi delere, nos conseruare querimus ueram doctrinam. Non igitur hostibus fauemus, non patrociamur, non opitulamur, sed hæc quam sint inanis rebusq; ipsis & factis dissona, antea dictum est, eo loco ubi ostendimus, hæc quæ aguntur non fieri suo tempore, nec iusto modo, nec legitimis medijs. Non tantum incerta pacificatores promittunt commoda, sed etiam in certa inducunt pericula & mala. Incerta autem spe duci, alios uana spe lactare,
certis

certis uero periculis & grauissimis malis obij-
cere aut implicare alios, id non est gratificari
bonis, sed Sathanae collegio, non seruare sed
pessundare Christi Ecclesiam, & pessundantes
adiuuare, id quod praemissis rationibus satis fir-
mis demonstratum est, & aliâs pluribus demon-
strabitur, ubi necesse fuerit. Si nobis studio est,
agere Deo sancti q; eius gratissima, tueamur
etiam nostro sanguine, per Christum nobis da-
tam libertatem, seruitutem depellamus, agamus
prudenter, oportuno tempore, iusta ratione,
legitimis medijs, recta & uerbo Dei con-
sentanea, & ea agentes iuuemus doctri-
na, confessione, constantia, consolatio-
ne, pijs consilijs consentaneis uolun-
tati & uerbo DEI, alijsq; san-
ctis auxilijs, tum Deus cum
suis electis nos seruabit
& glorificabit in æ-
ternum, A

men.


••

bija
ari
sed
ntes
fira
on/
est,
nur
da=
nus
e,



29.12.17 OK

X 220 592 n



Farbkarte #13

B.I.G.



214/15



PRO SCRIBIT
IOACHIMI
HALI HAMBURG.

... rationibus adferitur,
... praesenti mutationi
... ritibus Ecclesiasticis
... certamina de re-
... paruis & non ne-
... cessariis,

... uidenter ostenditur, quod
... asores legum, de doctrina
... hoc tempore nouandis,
... in fraudem Ecclesiae
... gratificentur.

Matth. 5.

... uerit unum ex mandatis
... & sic docuerit homines,
... uocabitur in regno
... caelorum.

